



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

### D. Petri Duen.

*l. si sur. ff. de usufructu.* hinc videmus quod si ancille relinquunt libertas sub conditione filij nati, ea pendente sunt serui, & pertinent ad heredem iure domini, vt in *l. 3. C. de fideicom. liberta.*

- 9 Limita nono in casu. *l. cum quidam. la 2. ff. de lega. 2.* scilicet, quando testator legat quid vni ex pluribus certis quem heres elegerit, nam etiam post moram heredis in eligendo, durante tamen tempore ad purgandum moram, dominium statim non transit, scilicet si testator legat libertis quibus heres uolet, tenetur heres eligere quem primum potest, alias dicitur in mora. & tamen antequam aliqui libertorum petat, potest heres moram purgare & offerre cui voluerit, ergo non transit dominium post moram, nam si transiret, illa facta esset executio a lege, neque purgare possit mora. & in illis *tex. ultra Barto. ibi citat Iason in l. si insulam. numero 32. ff. de iur. borum obligatio.*

### REGVLA CCXI.

**DOMINIUM** nisi ex una causa contingere non potest. Hanc regulam ponit Valtricus Zasius in *l. 3. §. ex pluribus. nu. 23. ff. de acquir. posses. per illum tex.*

Hanc regulam limitat idem Zasius septem modis in *d. §. ex pluribus. a. nu. 32. usque ad finem.*

### REGVLA CCXII.

**DOMINIUM** rerum dotalium soluto matrimonio illico transferitur in uxorem, sine aliqua traditione uel noua apprehensionem. Vt est *text. in l. in rebus. C. de iure doti. & in l. dotis actio. C. solu. matrimo. Bal. in l. si dotis. nume. 4. C. de iure doti idem tenet Bar. in l. prima. in fi. ff. de fundo dora. Circa quam regulam uide ultra. *doti. in d. l. in rebus. Ioan. de Amicis in conf. 69. nu. 2. Andræ. Tiraquel. in ll. Connubi. in glo. sexta. nu. 140. Iason in l. 1. nu. 17. ff. solu. matrimo. Ruin. in confi. 163. nu. 2. lib. 4. Gomezium in §. sed istæ quidem nu. 26. Institu. de actio. Bal. & doct. in l. traditionibus. C. de pact. Pala. Ruui. in repet. rubri. de dona §. 66. nume. 24. Chastanaz. in consuetudi. Burgund. in titul. (des droitz) §. 2. fol. 134. colum. 4. nu. 6. ad finem.**

Hanc regulam limitat quindecim modis Bal. Nouel. in tract. de dote in §. par. princ. in §. priui. a nu. 1. usque ad finem.

### REGVLA CCXIII.

**DOMINVS** potest compelli ad locandam domum scholarum. Ita tenet Guliel. de Cugno, in *l. decernimus. C. de episcopis & clericis. Bal. in l. j. ff. soluto matti. in fin. & ibi Alexan. & Iason. nu. 48. & Rip.*